Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31712
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

uentre recondit. Et nota quod spon
sus uinum potat. et labia et dentes que ru
minant. quia doctores cum magno
labore scripturas exponunt. et proferunt.
et auditores uix conuertunt. ipse uero faci
li nutu predestinatos conuertit. et quasi po
tum sine difficultate in corpus ecclesie fun
dit. Sponsa uero post raptum uerbum de ore
sponsi. gutture aperit. et uerbum salutis quasi
uinum optimum eructat. et gentibus ad
huc incredulis propinat dicens. Vos
gentes increduli conuertimini ad Christum.
et recipiet uos. sicut et me recepit. quia
ego dilecto meo conuersa sum. et ad me con
uersio eius facta est. Quasi dicat. Ego suna
mitis a diabolo diu captiua. ego sy
nagoga a Christo diu auersa. ad eum iam
sum conuersa. et ipse conuersus ad me est
per gratiam. qui diu est auersus a me propter per
fidiam. Potest et hoc de ecclesia gentium
intelligi. que dicit ad adolescentulas.
Ego dilecto meo. et ad me conuersio eius.
Quasi dicat. Ego prius exsul a deo. ab omni
errore ad eum sum conuersa. ut ciuis et do
mestica. et ipse prius humano generi
iratus ad me est conuersus. natura nostre morta
litatis indutus. Et uos quoque de mala conuersa
tione conuertimini ad penitentiam. et ipse
conuertet se ad uos per indulgentiam.

Tropologice fidelis anima ad dilectum
conuertitur. cum de mala uita ad penitentiam.
uel de seculari uita ad spiritalem conuertitur.
cum ei gratiam suam largitur. quam prius ei
subtraxit. cum ob culpandum ab ea se auer
tit. Anagogice autem ecclesia ad superna
suspirans. ad dilectum se conuertet. cum

et dilectus ad eam conuertitur

de mundo ad celum migrabit. et ipse
se ad eam conuertet. cum eam in socie
tatem angelorum recipiet. Huc usque
synagoga intrauit. iam man
dragora in sequentibus intrabit. Explicit
liber tercius. Incipit quartus.

POST QUAM totus su
namitis
exercitus
in aulam
regis est re
ceptus. et rega
libus nuptiis ad
missus. ecce ab a
quilone noua
sponsa cum mag
no apparatu. scilicet
mandragora. sine ca
pite. sponso adducitur. cui a beo
aureum caput imponitur. diadema
te redimitur. et in nuptiis recipitur.
Sunamitis quippe de regia ur
be egressa. inuenit mandrago
ram. regalem puellam. sine ca
pite. in agro iacentem. cui nimi
um compassa ad regem ingressa
obnixe supplicat ut secum eat.
misere subueniat. Ergo rex
cum sunamite in agrum ue
niens. et miseram miserabiliter
nudam inueniens. eleuat. uestit.
aureum caput imponit. ad nup